

milibus dicitur enim sciencia scibilis sciencia et scibile sciencia scibile et non dicitur sciencie Ad hoc autem quod talis puerterencia fiat oportet ut fiat ad aliud et scilicet illud nomen secundum quod ad aliud dicitur non enim dicitur secundum puerterenciam caput ad animal Si enim dicitur caput animalis caput non tamen potest dici animal capitis animal quia non refertur caput ad animal secundum nomen quod est animal sed scilicet aliud nomen scilicet capitatus unde hec dicuntur ad puerterenciam caput capitati caput Et capitatus capite capitatum Et ideo si aliquod tale nomen non inuenitur licet illud fingere ut remus non dicitur naus remus sed fingamus nomen et dicamus remus rei remite remus Et sic omnia relativa dicuntur ad puerterenciam Sunt omnia vera relativa simul natura Si enim esse relativi est ad aliud se habere ut dictum est positum uno relatio ponitur suum correlatiuum et ideo posita se ponit et perempta se perimunt Proprium autem relatiuum est ut qui diffinitio nouerit unum diffinitio nouerit et reliquum Si enim diffinitio est oratio quid est esse rei significans adesse autem uni relativi requiritur necessarium correlatiuum Qui ergo cognoscit esse uni relativi oportet quod cognoscat esse sui correlatiui et tantum de predicamento ad aliquid

Capitulum primum de sex principijs et eorum predicacione in communi

Incipit dicendum est de alijs predicamentis sex que sex principia dicuntur Notandum quod quia predicamenta sunt ordinationes predicabiliu ut super dictum est ideo per predicari seu denominare cognoscitur